UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyanthea, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

Barba

urn:nbn:de:hbz:466:1-97211

Visual Library

ſignaculum iuſtitiæ fidei: Ita in Cornelio præceſſit ſanctificatio ſpiritalis in domo Spiritus S.& acceſſit ſacramentum regenerationis in lauacro baptiſmi. Et ſicut in Iſaac, qui octauo ſuæ natiuitatis die circumciſus eſt, præceſſit ſignaculum fidei iuſtitiæ: & quoniam patris fidem imitatus eſt, ſequuta eſt in creſcente ipſa iuſtitia: Ita & in baptizatis infantibus præcedit regenerationis ſacramentum, & ſi Chriſtianam tenuerint pietatem, ſequitur etiam in corde conuerſio, cuius myſterium præceſſit in corpore. *Lib. 4. de Baptiſmo contra Donatiſtas, c. 24.*

An ſolis, vel etiam lucernæ lux, quum per cœnoſa diffunditur, nihil inde ſordium contrahit: Et baptiſmus Chriſti poteſt cuiusquā ſceleribus inquinari? *Lib. 3. contra Donatiſtas de Baptiſ. c. 10.*

Vt ſordes corporeas aqua, ita ſpiritus animam abluit à peccatis. Et mox ibidem: Ait ergo Dominus ad Nicodemum ſuadendo illi: Spiritus vbi vult, ſpirat, & vocem eius audis, ſed neſcis vnde venit, aut quo vadat: Sic eſt omnis qui renaſcitur ex aqua, & Spiritu ſancto vt quomodo vox aduenientis ſpiritus, id eſt, venti, auditur quidem, non autem videtur, ſicut dictum eſt: Sic & ratio baptiſmi. Auditur quod dicatur, tamen quomodo per ſpiritum fit, non videtur: auditur tamen, cum quid futurum eſt, ab eo qui verba inſinuat, prædicatur: vt fieri credatur, quod auditur, non tamen ratio facti reddatur. *Lib. Quæſtionum veteris & noui Teſtamenti, quæſt. 59.*

Theoduli Calæ Syriæ presbyteri, quemadmodum Chriſti crucifixi corpus tumulatum, adeoque in terram ſepultum, ſalutem mundo protulit: Sic & noſtrum corpus per baptiſma ſepultum, iuſtitiam produxit nobis ipſis. *In ſextum caput epiſtolæ Pauli ad Romanos.*

¶ BIBLICA EXEMPLA.

Baptiſmatis exempla: Chriſtus. *Ioan.* 4. *v.* 1. 2. Petrus. *Act.* 10. 48. Ioannes Baptiſta, *Matth.* 3. *v.* 3. 6. 13. 14. *Marc.* 1. 4. *Ioan.* 1. 33. & 3. 23. & 10. 40. *Act.* 19. 4. Diſcipuli, *Ioan.* 3. 22. & 4. *verſic.* 1. 2. Petrus, *Act.* 2. *v.* 38. 41. & 10. 47. Philippus, 8. *ver.* 12. 37. 38. Ananias, 9. 17. Paulus, & Silas, 16. *v.* 15. 33. Paulus, 18. 8. & 19. 4. 1. *Corinth.* 1. 10. Baptizati accipiunt Spiritum ſanctum, *Act.* 2. 38. & 19. 3. induunt Chriſtum. *Galat.* 3. 27. Baptizatur Simon Magus, *Act.* 8. 13. Eunuchus, *verſic.* 38. Cornelius, 10. 47. Baptiſma Ioannis vnde, *Matth.* 21. 25. *Marc.* 11. 30. *Luc.* 20. 4. Baptizare ſe miſſum eſſe quo cenſu neget Paulus, 1. *Cor.* 1. 17.

¶ EXEMPLA HISTORICA.

Victor Pp. quauis materia baptiſmum poſſe miniſtrari ſtatuit. *Platina.*

In primitiua Eccleſia adulti, dum dies baptiſmo ſtatutos expectabant, de myſteriis religionis erudiebantur, ac ob id catechumeni dicebantur, quod *κατηχεῖν* Græce, ſit voce erudire.

Piriſſæ ciuitatis Pomeraniæ incolas, qui de vera ſe doceri expetebant religione, Otho Bambergenſis epiſcopus cum ſacerdotibus & clericis ad eam rem idoneis, ſeptem diebus catechizauit, & in fide Chriſti inſtituit: tandem indicto trium dierum ieiunio, iuſſit vt corpora ſua balneis mundarent, ſicque loti, albisque veſtibus induti, mundo corpore & caſto corde ad ſanctum ſe baptiſmi ſacramentum præpararent. *Hiſt. Bambergenſis.*

Ætiani hæretici caput ad pectus vsque ſemel in aquam intingebant. *Euſeb.*

Lituani Iagellonis regis Polonorum ſtudio ad religionem traducti, dum baptizarentur, per turmas diuiſis nomina populariter impoſita fuere viris & mulieribus. *Cranzius lib.* 10. *Vandaliæ capit.* 32.

Apud Indos Chriſtiani pueri infantes nullo modo ante quadrageſimum diem, niſi periculum aliquod impendere eorum vitæ perſpectum fuerit, ſacris aquis expiantur. *Oroſius lib. 3. rerum Em.*

¶ SCRIPTORES.

De Baptiſmo vel Baptiſmate, *Baſil. Mag. libro* 2. *Aurel. Augu. contra Donatiſtas. Lumen animæ, parte* 2. *c.* 26. *Rampigel. c.* 21. *Pechanus l.* 4. *c.* 28. *Gortenſis Tranquilli Concio Damaſcen. l.* 4. *Lomb.* 4. 2. De forma Baptiſmi. *Idem ibidem. Item* 4. 4. De baptizatis apud hæreticos. *Cyprianus Carthag. Ep.* 1. 12 & 2. 1. *Eiusdem de baptizandis hæreticis Epiſtolæ tres ad Iubaianum, Pompeium, & Quintinum.* De Matrimonio poſt baptiſmum, *Hiero. Trid. Tom.* 2. De vnctione baptizatorum, *Eutropius Epiſc. Polydor. Verg.* 5. *c.* 3. De cauſa inſtitutionis Baptiſmi, *Lombar.* 4. 3.

Barba.

¶ DEFINITIO: ET ETYMOL.

BArba, *πωγὼν*, Græcis Barbitium eſt: ſed & appellatione eadem Trœzeniorum portus. Vnde per iocum barba rariore hominibus inſuſurrabatur. *εἰς τροιζῆνα δεῖ βαδίζειν. Cæl. Rhod. Antiqu. lect. l. 3. c. 25.*

Barba à veteri voce Baro, quæ virum ſignificat, dicta eſt. *vet. Gloſſarium.* Hinc *Iſidorus l.* 11. *orig. c.* 1. inquit: Barbam veteres vocauerunt, quod virorum ſit, non mulierum. Et in ſi[...] numero hominum, plurali vero quadrupedum d[...] *Honor. Verg. interpres.*

Barba, Hebr. *Zakan*, à verbo *Zaken*, ſenuit, ſenex f[...] nem habet cum *Zinnek* id eſt, proſiluit: nam ſenes d[...] in dies multos proſilierunt, ſenium vero barba produ[...] mologic. trilingue Lugd.

¶ POETICÆ SENTENTIÆ.

Ouid. lib. 13. Metamorph.

Nec mea quod rigidis horrent denſiſſima ſet[...]
Corpora turpe puta: turpis ſine frondibus arb[...]
Turpis equus niſi colla iubæ pendentia velent.
Pluma tegit volucres, ouibus ſua lana decor[...]
Barba viros hirtæque decent in corpore ſetæ.

¶ PHILOSOPHICAE SENTENTIÆ.

Barba non pari modo omnibus effunditur, na[...] xillæ, quam miſtax, & mentum priorum frequent[...] liis mentum leue, & miſtax maxillæ piloſæ cernunt[...] *ani.* 3. *c.* 11.

Barbam cum primo cœperint iuuenes emittere, [...] ſa propter humiditatis paruitatem, quæ in ipſis de[...] *color. cap.* 6.

Barba quæ eſt in corpore, eſt reſolutio calidi, quo[...] re, *Auer. poſter.* 2. *c.* 6. *t.* 54.

¶ APOPHTHEGMATA.

Ariſtippus. Dionyſii quæſtor, nomine Simus, [...] ſtendit Ariſtippo ſuas ædes vndiquaque ſplendid[...] mento pretioſis teſſellis conſtrato. Itaque omnibu[...] Ariſtippus ſputum oris reiecit in barbam Simi, & [...] hoc colore ſe excuſauit, quod in tota domo nihil [...] endum oris recrementum opportunius. Innuens [...] hil eſſe fœdius, aut immundius, barbari facie, cu[...] partem oportuerit eſſe mundiſſimam. Quanquam [...] gis quadrat in Cynicum aliquem, quam in Ariſtipp[...] aſcribatur. *Laer. l.* 2. *c.* 8.

Anonymus. Lacon quidam ſenex interrogatus[...] ſtaret ſyluoſam ac promiſſam: Vt, inquit, intuens[...] committam illis indignum. Vir bonus vndecunque[...] los ad virtutem. *Plut. in Lacon.*

Lycurgus. Spartanis ſtudio eſt, alere comam, & [...] narrant Lycurgum reddidiſſe rationem. Quoniam [...] formoſis addit decorem, deformes vero reddit h[...] res. Vt enim decet coma ſpecioſos, ita minus[...] horrorem ac ferinum quiddam conciliat. Capill[...] ornatus, minimoque conſtans, hoc genus non d[...] vt quod nec operoſis artibus conſtaret, nec pro[...] induceret. Adſcititium cultum, magnoque parand[...] probauit. Quo magis deteſtanda eſt quorundam p[...] qui corporis eas partes vellunt raduntque, quib[...] dit non tantum ad decorem aut verecundiam, ver[...] endam valetudinem: contra illic eliciunt ſyluam a[...] ra voluit eſſe glabriciem. *Plut. in Lacon.*

Nicander Spartanus percontanti, quare Lace[...] alerent? Quoniam, ait, hic ornatus, cum ſit homi[...] cherrimus ac proprius, nullo omnino conſtat im[...] *apoph. Lacon.*

Demonax cuidam percontanti, quam philoſo[...] tiſſimum ampiecteretur? Quis, inquit, tibi indica[...] loſophum? Moxque vehementer ſecum ridens, a[...] tus quid rideret? An non magnopere ridiculum, [...] barba iudicas philoſophum, ipſe barbam non hab[...] *apoph.*

Dionyſius Epidauri Æſculapio auream detra[...] negaret decorum, patrem Apollinem imberbem, [...] horrida barba veſtitum conſpici. Æſculapius fi[...] filius: Apollinem autem ſemper imberbem [...] poetica, per Æſculapium barbatum ſignificans [...] vſum & experientiam in medico conſiderari. *A[...] l.* 1. *c.* 1.

Alexander, quodam tempore cum omnibus a[...] tis interrogaretur: Nunquid aliud præter hæc fie[...] quit, niſi vt Macedonum barbæ radantur. Hoc di[...] let, admirante Parmenione: An neſcis, inquit, in [...] ſam meliorem eſſe, quam barbę? ſignificabat, co[...] dum: in quo genere certaminis barbæ officiunt: [...] facillime poſſunt apprehendi. *Plut.*

Hieronymus Rhetus, Gymnaſii Baſilienſis [...] profeſſor, interrogatus, cur tam promiſſam aleret [...] dit, vt intuens hos capillos, me non mulierem, ſed [...] ligam. Barba enim ornat virum & admonet, vt vi[...] nora fortius aggrediamur. *Lycoſth.*

¶ EXEMPLA SACRA.

Barba non tondenda Leuiticis ſacerdotibus, [...]

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

...Barbæ dimidiam partem ſeruorum Dauid raſit Hanon, 2. *Sa.*...4.

¶ HISTORICA EXEMPLA.

...tatur apud Ariſtophanem in concionatricibus Epicratis ora... cuiusdam barba, cui ob id ipſum vulgari ioco cognomen in... σακεσφόρε, teſte ſenario, quem Ariſtophanis interpres ex Pla... comico, Ἄναξ ὑπήνης Ἐπίκρατες σακεσφόρε. Rex barbæ, Epicrates ...fer. Barbam ob ſimilitudinem ſcutum vocat, & alibi. ἅπασα ...τὴν πρὸς ταῖν γνάθοιν ἔχουσα. Ariſtophanes in eundem, πώ... ὀλίγῳ καλλίονα. Mihi barba multo pulchrior atq; ...*Eraſ. in Adag.*

...*ſophi olim* barbas alebant. Hinc prouerbium, Pallio & bar... philoſophus. Barbatum hoc crede magiſtrum dicere, ſor... quem ſuſtulit atra cicutæ, inquit de Socrate Satyricus. Lucia... paſſim hoc genus hominum inſectatur. Extat epigramma Græ...:

Εἰ τὸ τρέφειν πώγωνα δοκεῖ σοφίας περιποιεῖν,
Καὶ τράγος εὐπώγων εὔστολός ἐστι Πλάτων.

...*Apoſtata* ab Antiochenis ob hirſutiem & raritatem ..., quaſi barba minime philoſopharetur, ad petulantiam ... coercendam ſcripſit librum μισοπώγωνα dictum.

...*anus Imp.* vt vulnera, quæ in facie erant naturalia tegeret, ... Cæſarum, *Dione teſte*, barbam nutriuit.

Barbarus. Barbaries.

¶ PHILOSOPHICAE SENTENTIAE.

...ARVM nomen eſſe dicimus, cum non cognoſcimus vn... veniat, ſic nomina prima propter vetuſtatem ſæpe ſunt i... ...ta, vnde veniant cum permutentur. *Plat. in Crat.*

...ros omnes alias nationes appellabant Græci. *Idem in dial.*

... Barbari omnes populi nominantur, præter Græcos. *Idem* ...*temo.*

...orum nationes magis aptæ ſunt ad ſeruiendum, quam ..., & qui Aſiam incolunt, quam eorum qui Europam. *A-* ...*g. c. 10.*

... dicuntur, qui nec lege, nec ciuitate, nec alicuius di... ordine diſponuntur ad virtutem. *Alb. Mag. Ethic. 7. tr. 1.*

...rus eſt omni homini ille, qui linguam eius non intelligit. ...*prim. polit. l. 9.*

...us hoc ſigno declaratur, quod homines non vtuntur legi... ...onalibus. *Idem ibid.*

...ar, Arabica lingua, murmurare, ſeu vti vocis inculto ſono, ... *Dabar* (id eſt, verbum prolatum) Hebræorum *Barbar* ... originem ſumpſit, vltima ſyllaba *Bar* duplicata. Barba... ſignificet declarat. Strabo lib. 14. his verbis, Arbitror ab ini... nomine eos barbaros appellatos, qui difficulter, aſpere ... loquerentur: vt blæſos balboſque dicimus. Paulus Apo... ...baros à Græcis diſtinguit Rom. 1. 14. Alibi autem nomine ... intelligit qui loquens ab alio non intelligitur: vt Græ... eſt barbarus: 1. Cor. 14. 11. Iterum Coloſſ. 3. 11. Barbari ... nominis generalis, dein Scythæ, ceu ſpecialis, meminit. ...mologic. triling. Lugd. pag. 127. Ex quorundam ſententia ... quaſi dicas Bardus, ex Hebræo nomine Bahar, brutus, ... Bahar, furenter egit, vt bruta ſolent furioſo impetu ferri ad ... appetunt.

¶ APOPHTHEGMATA.

...*arſis*, cuidam obiicienti, quod eſſet Barbarus: Certe, in... Athenienſes, ſed viciſſim, Athenienſes barbari ſunt a-... ...thas. Græci, ſed in primis Attici (quoniam apud ipſos flore... ...plinæ liberales, ac leges politicæ) reliquas nationes contu... ... nominabant barbaras: cum barbarum dicatur, quic... peregrinum atque inuſitatum. *Laer. l. 1. c. 9.*

... interrogatus, vtri eſſent barbariores, Bœoti, an ... nominauit Eleos: ſignificans, hos vtriſq; barbariores, cum ... barbariſſimi. Hoc erat lepidius: ſi ab Eleo fuiſſet pro... forte fuit, *Eraſ. 6. apoph.*

... cum barbarorum animos ſpecies iniuriæ perculit, agun... qua dolor traxit, ruinæ modo, regionibus incidunt in... ... interriti, incauti, pericula appetentes ſua: gaudent feriri, ... ferro, & tela corpore vrgere, & per ſuum vulnus exire. *Lib.* ...

¶ SIMILITVDINES.

... non gaudet potu: niſi prius obturbata conculcatione ... quibuſdam nihil placet in literis niſi barbarie conſpurca... ...*l. 8. c. 17.*

... canes omnibus ignotis allatrant: Ita barbari quicquid ..., carpunt ac damnant. *Plut.*

¶ EXEMPLA BIBLICA.

... pro rudibus & ineruditis. *Rom. 1. 14. 1. Cor. 14. 11.* Barbari ... Paulum excipiunt. *Act. 28. 2.*

¶ HISTORICA EXEMPLA.

Hammonis Sacerdos, quum adeuntem Alexandrum Græce cuperet ſalutare, ac παιδίον, id eſt filiole, vellet dicere, per barbariem inquit, παῖ Διός, id eſt, Iouis fili. Vnde cœleſtis originis captata creditur gratia, cui initia error dederit. *Cælius lib. 22. c. 20. A. L.*

Chryſippo Stoico, qui plurima ſcripſit, ſolœciſmus familiaris fuit: *teſte Galeno l. 2. de Hipp. & Plat. decretis, c. 5.*

Martialis in primo Epigrammatum Cæcilianum ſolœcizantem ſic inſectatur:

Cum dixi Ficus, rides, quaſi barbara verba:
Et dici Ficos, Cæciliane iubes.
Dicemus ficus quas ſcimus in arbore naſci,
Dicemus ficos, Cæciliane, tuos.

De Ruſo rhetore Pictauienſe imperito, ſic ſcripſit Auſonius,

Qui Reminiſco putat ſe dicere poſſe Latine,
Hic vbi Co ſcriptum eſt, legeret Cor ſi cor haberet.

Demoſthenes Valentis Imp. legatus miſſus ad Baſilium magnum, cum in eum vehementer debaccharetur, barbariſmo quodam forte lapſus eſt. Ad quod riſu Baſilius exclamauit: vidimus & nos Demoſthenem ſine literis. At cum importunius obblateraret: ita obiurgauit, Tuum eſt de pulmentariis cogitare, & non diuina dogmata decoquere. *Sozom. l. 6. c. 16.*

Bartolus Iureconſultorum neotericorum princeps, vti cætera bene, ita hoc male cum ſummo tamen applauſu dixit, de verbibus non curat Iureconſultus. *Lud. Viues l. 1. corrup. diſciplinarum.*

Lacones literas vſus gratia addiſcebant: cæterarum diſciplinarum vrbe interdicebant non magis doctoribus quam artibus. Diſciplina vero erat iis vna ad bene parendum, ad tolerandum labores, & ad vincendum in pugna aut occumbendum. *Plut. in inſtitutis Laconicis.*

Cum ſub Alexandri ſucceſſoribus Athenienſes pecunia egerent, & quidam peregrinus ſe mutuam illis daturum, δανείσω barbare promiſiſſet: tumultuari, benignitatem eius repudiarunt, ſed cum errore correcto δανείσω dixiſſet: tum demum liberalitate eius vſi hominem collaudarunt. *Suid. in voce θεριῶ.*

Franciſcus primus Gallorum rex morem illum à Canoniſtis acceptum, Arreſta curiæ lingua Latina publicandi, An. ſal. 1539. è medio ſuſtulit, & patria lingua deinceps vti ſuos voluit: offenſus, vt aiunt, barbarie cuiusdam edicti, in quo inter cætera eiusdem farinæ hæc quoque legebantur: Nos debotauimus & debotamus.

¶ APOLOGVS SEV FABVLA.

Luſcinia & Accipiter.

Luſcinia accipitrem, à quo comprehenſa fuerat, orabat, ſe vt dimitteret, neque id eum gratuito facturum eſſe aiebat. Pretium quodnam futurum eſſet roganti accipitri, reſpondit ſuauiſſimi carminis ſonos. At ego, inquit ille, non aures meas, ſed ventrem expleri cupio.

Fabula poteſt ad duos ſenſus eoſque diſſimiles accommodari. Primum, vt intelligamus, imperitos homines liberalibus ſtudiis atque artibus non capi. Alterum, neceſſaria iucundis anteferri oportere. *Ioach. Cam. lib. Fabul. p. 256.*

Beatitudo.

¶ DEFINITIONES.

BEare eſt beatum facere: eiusq; oppoſitum eſt ebeare, quod eſt, beatitudine priuare.

Beatitudo, Græce, μακαρισμὸς, οῦ, ὁ, & μακάριος, ου, ὁ, beatus: & μακαρίζω, beatifico dicitur.

Beatus Hebræi *Aſchré*, plurali numero dicitur: cuius rei rationem hanc adferunt, quod nemo ab vno aut altero bono beatus vocari & eſſe poſſit: ſed ſi quis pluribus affluat bonis, tum felicis & beati nomen merito retineat. Μακάριος, quorundam iudicio, idem ſignificat, ac ſi dicas, mortis expers. κὴρ enim mors eſt, teſte Phauorino, quo nomine miſeriæ, mala & incommoda omnia deſignantur. Ita duæ illæ etymologiæ definitionem beatitudinis perfectæ conficient: nempe vt beatus ille dicatur qui liber eſt ab omnibus malis, boniſque omnibus affluit. Vide Etymol. trilingue Lugduni editum anno 1607. pag. 130. 131.

Et eſt ſtatus omnium bonorum aggregatione perfectus, *ſecund. Boet. lib. 3. de philoſoph. conſolat.*

Beatitudo eſt ſummum bonum, & vltimus finis rationalis naturæ tantum. *ſecundum B. Thom. 4 ſent. diſt. 49. art. 2.*

Beatitudo eſt bonum naturæ intellectualis, apprehenſum per intellectum. *ſecundum eundem prima parte, q 26. art. 1. & 2.*

Beatitudo eſt vltima perfectio hominis. *ſecundum eundem prima ſecundæ, q 3. art. 2.*

Beatus vir, dicitur omnibus virtutibus inſtructus & ornatus. *ſec. Cic. lib. 5. Tuſc Quæſt.*

Beatus dicendus eſt, qui ſit in bonis, nullo adiuncto malo. Beata autem vita virtute conficitur. *ſecundum eundem. ibid.*

Beatus proprie dicitur, qui rebus omnibus ad vitæ vſum ornatumque ſpectantibus abundat. Dictus, vt quidam volunt, quaſi beneauctus. Ideo locupletes viros aliquando beatos vocamus. *Iuuenalis. Vetulæ veſica beata.*

POLYANTHEA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN